

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Parentes q cum uariis

Quod enim est in herbis aut in arboribus humor, hoc est in hominibus amor. Sicut enim herbe ex humore nascuntur et crescent, sic homines per amorem incipiunt et augentur. Humor quidem de radicibus ascendit in herbam, de herba autem non reuertitur ad radices sed sursum transmittit in semen; sic et amor de parentibus ascendit in filios, de filiis autem non reuertitur ad parentes. Ideo parentes quidem diligunt sed non sic diliguntur a filiis, quia sicut herba non deorsum sed sursum ad semen transmittit humorem, sic et homo non ad parentes sed ad procreandos filios transmittit affectum.

Crisostomus super illud Matthei XIX.: Relinquet homo patrem et matrem et cetera.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

ex] et C M P V¹ L²; humore] humores C M P V¹; crescent] crescuntur B; sursum] reuerti
add. (del. sub lin.) B; transmittit] transmittitur V² L¹ L²; et] est M; patrem et matrem *om.*
C M P V¹ V² L¹ L²; et cetera *om.* C